

I.. N. 3.

De

# MICRO- COSMO,

Ex adprobatione Amplissimi  
Ordinis Philosoph. Aboënsis,

PRASIDE

VIRO AMPLISSIMO,

Mag. PETRO HAHN,

Phys. Profess. & Biblioth. Reg.  
& Ordinar.

PRO GRADU MAGISTERII,

Die 10. Decembris anno 1697.

in Auditorio maximo,

disputabit.

ANDREAS CHYDENIUS.

---

Excidit ABOÆ, Joh. Winter/  
Reg. Typogr.

В. М.  
Я ОІМ  
ОМ 200

и въспомінанія про  
Софію Павлівну

Бориса

УРОВНІСТІВО

ІНАН ОТВР. як

Лук'янівка відповідь  
зі Слов'янська

Бло. Галактіонові

Дія, Дія, якою від

відмінною від

заслугами

ІНДРЕЯ ЧІДЕНИС

Івана Яковича, якою заслугами

Бло. Галактіонові

*Ad Lectorem.*

 Ernecessarium  
duco, Lector  
Benigne, ver-  
bulo saltim tibi aperire,  
me hasce pagellas de  
μηρόνεστω maxima cum  
festinatione, idque  
ob temporis brevita-  
tem, quæ etiamnum  
me vehementer urget,  
conscriptissime, ideoque  
prodiisse eas in lucem  
minus politas. Oratum

A au-

autem te velim, ubi, æ-  
quali usus fortuna, me-  
liora tamen de te in tan-  
ta angustia dederis do-  
cumenta, ut nostræ te-  
nuitati candore tuo sin-  
cerum reddas judicium.  
verum **Livor** obtrecta-  
re curam si velit, nun-  
quam, Deo benedicen-  
te, me a proposito de-  
terrebit, donec eum  
pœnitiat criminis sui.

**Vale.**

A

# Proœmium.

Multis modis, res à Sapien-  
tissimo DEO, sex dierum in-  
tervallo miraculosè produ-  
ctæ adparent mirabiles; aliquando  
*ex magnitudine*, quando res aliqua sui  
generis vulgarem modum in quan-  
titate excedit: Sic miramur gigan-  
tem inter homines; ut Hogum re-  
gem in Paschane, cuius meminit scri-  
ptura, Deut 3, 11. *Spondam* describens  
ferream, cuius *longitudo* novem, &  
*Latitudo* quatuor erat cubitorum:  
Aliquando *ex parvitate*, quando res  
cæteras sui generis quantitate æquare  
non potest, ut tinea & vermes, &  
alia similia, quæ inter cætera qui-  
dem animalia vivunt, sed cæteris  
omnibus corporis exiguitate dispare  
sunt: aliquando miramur res quia rare;  
ut merces ab Africâ, Asiâ & Ameri-  
câ, terris hinc longissimè dissipatis, huic  
advectas: pariter in admirationem suâ  
quam maxime nos rapit, mirabi-  
lis totius hujus universi structura; Cuius

intuitu delectamur, scrutinio non sati-  
amur, & innumeris effectibus obstu-  
pescimus, & ad glorificandum De-  
um excitamur. Hiuc David exclam-  
at Psal: 19. *Cæli enarrant gloriam Dei*  
& *opera manuum ejus annunciat firma-  
mentum.* Verum, enimvero, bomi-  
nem omnium mirabilium maximè  
admirabilem mundi epitomen, quem  
præter nihil in terris magnum agno-  
vit FAVORINUS, considerando admi-  
remur: Audit namq; corporum re-  
gula & viventium mensuræ; aliis  
naturæ heros, mundi Dominus & μι-  
κρόκοσμος salutatur. Ex hisce & a-  
liis adpellationibus, quibus enumera-  
randis lubentes supersedemus, constat  
quanti semper æstimata est industria  
in contemplatione magni hujus natu-  
ræ miraculi occupata. Cum autem  
humanarum non sit virium tam ex-  
cellentem & admirandam Dei crea-  
turam sufficienter exponere; Proin-  
de à meā tenuitate hoc expectari ne-  
quit: Breviter iamen, cur adpelletur  
μικρόκοσμος, pro re natâ in se-  
quentibus, demonstrabo. Esto ergo

## MEMBRUM I.

Cur adpellatur homo  
μικρόνοσμός?



Ihil & quæ stupendum  
ac hominem Naturæ parens produ-  
xit unquam; miramur quidem solis  
splendorem, sed umbra est, si  
cum hominis conferatur doti-  
bus. Hoc moti Philosophi, in-  
numera nomina, & infinitos ti-  
tulos adfixerunt eidem, in qui-  
bus maxime notatu dignum of-  
fendimus, vocabulum, Μικρόνοσ-  
μός. h. e. parvus mundus, à  
Græco μικρὸς, parvus, & νόσμός  
mundus, deductum. Ubi adcu-  
rateè observandum, hominem i-  
deo non adpellari Μικρόνοσμον,  
quod totius mundi habeat partes,  
Et nihil sit in majori mundo, quod

in ipso homine realiter non re-  
 periatur; Neq; hominem, quoad  
 mortalem sui partem ex omnibus  
 creaturis esse compositum, totumq;  
 mundum in eo contractum & coa-  
 cervatum, ut afferat Vegelius.  
 Quia hæc sententia protinus suam  
 prodit falsitatem, & horrendum  
 ac ingens esset monstrum, ex so-  
 le, lunâ aliisq; stellis, tam er-  
 raticis, quam fixis, lapidibus, me-  
 tallis, herbis & arboribus, imo  
 omnibus animalium brutorum  
 speciebus hominem conflatum  
 dicere. Sed , nissis Herme-  
 ticiis hisce somniis , Μικρόνοσμον  
 dici hominem asserimus, non pro-  
 priè & per realem omnium cor-  
 porum naturalium continentiam;  
 Sed Symbolicè, & per Analogiam.  
 I. Ratione graduum Entis. Quæ  
 cumq; totus hic continet orbis  
 sive μικρόνοσμον, vel ad unum,  
 vel

*vel plures, vel deniq; ad omnes gradus Entis referuntur.* Quædam enim solum esse habent, primumq; absolvunt gradum; ut quatvor Elementa, effluvia, Principia Chymica, & mineralia. Quædam vitam cum essentiâ continent, inq; secundo ponuntur gradu; ut plantæ & arbores, quæ non tantum sunt & dantur in rerum natura, sed etiam nutriuntur, augentur & sibi simile procreant. Quædam enim præter hasce affectiones, gaudent sensu, ideoq; tertium faciunt gradum; ut animalia bruta, tā volatilia & natatilia, quam gressilia & reptilia, nec non insecta. Cum autem homo tres hasce denominatos gradus, non modo quam maxime impletat, sed etiam insuper uno augeat, ut de homine verè possit dici, quod sit, vi-

vat, sentiat, atq; intelligat; idcirco eum Μικρόνοσμον adpellari haud inconvenienter statuimus. verum posset quis dicere: Si homini tot modis contingit esse, utiq; præter animam rationalem habet sensitivam & vegetativam. Quod adperte negamus. (a) contra Conimbricenses, qui censent in homine, non quidem nato, tres esse distinctas animas; ante nativitatem tamen adesse primo vegetativam eamq; aboleri accessu animæ sensitive, hanc autem ingressu animæ rationalis extingui. Qvia hac ratione homo esset primum planta, deinde brutum, & postea demum homo; Idcirco hanc sententiam uti binam homini, antequam nasceretur, mortem inferentem, ita absurdam, verbo Dei, rationi & experientiæ adversam, explosam  
 uolua

volumus. (b) Contra Albertum Kyperum, triplicis animæ in homine defensorem, dicentes: si una anima scilicet rationalis, præstare potest omnia, quæ ad hominis perfectionem requiruntur, utiq; plures animæ, præter necessitatem ei non sunt affingenda; At verum prius, ergo & posterius. Præstat namq; forma superior omnia ea, quæ possunt & debent formæ inferiores,

2. Ratione perfectionum. Licet autem me non fugiat, à dispositione organorum provenire, ut quædā bruta acutioribus gaudent sensibus, quam homines; Utq; tamen homo ut ratione preditum animal, sensibus suis utitur ad dictamen rationis, omniumq; graduum sensus exhauit latitudinem. 3. Ratione ordinationis. Deus enim formatis rebus

rebus omnibus, sexto die crea-  
tionis, dixit: *Faciamus hominem  
ad imaginem nostram, secundum  
similitudinem nostram: qui do-  
minentur in pisces maris & in  
volucres Cœli, & in pecudes, &  
in universam terram, atq[ue] in o-  
mnia reptilia reptantia super ter-  
ram*, Gen. i: v. 26. Et in se-  
quentibus, multis, ostendit, se  
omnia in *hominis* fecisse utilita-  
tem; ergo ei lucent sidera, de-  
scendunt pluviae, crescunt plan-  
tae, & operatur universa natu-  
ra. Unde Scaliger ait: *Homo pro-  
pter DEum, propter hominem man-  
dus factus est.* 4. Ratione intel-  
lectionis. Cum omnia Entia sint  
objectum intellectus, adeo ut  
quæ est *Entis latitudo*, eadem  
sit objecti intellectus, qui intel-  
ligendo sit omnia; non simpliciter  
& secundum esse reale; Sed per  
modum

modum similitudinis & recep-  
tioris, vel rectius; per receptio-  
nem imaginum, & hâc ratione  
homo omnia dici potest. Deniq;  
5. Ratione constitutionis corporis  
humani. Nullam enim creatu-  
ram Deus tam eleganter creavit  
atq; hominem; formavit namq;  
eum adeo artificio, ut alterâ  
parte essentiali, omnes res cor-  
poreas, egregiâ partium cor-  
poris structurâ & harmoniâ mul-  
tis modis transcendat, miracu-  
lumq; naturæ audiat: Alterâ eti-  
am angelorum ipsiusq; DEI imi-  
tetur naturam. Loquitur porro  
Deus hunc in modum, Gen. I.  
28. Faciamus hominem ad ima-  
ginem, & similitudinem nostram.  
Atq; sic fixxit eum ex gleba ter-  
rae, & sufflavit in naribus ipsius ha-  
bitum vita, & factus est homo  
ania.

*animavivens.* item Sap. 2,23.  
 Valde quoq; ornat hominem caput, supremum quod occupat locum, atq; in eo vultus, & cætera membra egregio ordine disposita, haud exiguam venustatem eidem conciliantia; Unde Græci hominem appellavere ἄνθρακα, h. e. ἀνωτρεποντα ὄπιον, sursum vertentem faciem. idem innuit Ovidius, ubi dicit:

*Pronaq; cum specent animalia cætera terram;*  
*Os homini sublime dedit cælumq; tueri  
 Jussit & erectos ad sidera tollere vultus.*

Quidam etiam dicunt hominem cum quâvis specie mundi peculiarem fovere analogiam. Quasi cor ejus corresponderet soli; cerebrum Luna, & reliquæ partes aliis speciebus. Ob has itaq; rationes & plures alias, quas temporis angustia & brevitas studium, hac vice vetant

in medium proferre, hominem dī-  
si, dictumq; esse Μικρόσωμον, con-  
cludimus; in altero membro, ejus  
rum definitionem, tum divisio-  
nem paucissimis exhibituri,  
sit itaq.

## MEMBRUM II.

### De Μικροκόσμῳ sive homi- nis definitione.

**C**ertum est, nullibi magis hæ-  
sitare hominem, quam cum  
se suaq; rimatur; ideo mul-  
ti doctrinā satis nobiles, varias  
hominis definitiones dederant;  
in quibus hæ: *Homo est Animal*  
*rationale mortale*: Item *Animal*  
*rationis particeps bipes*. Et Pla-  
to, vir haud vulgaris eruditio-  
nis, dicitur primum definiisse  
*hominem animal bipes implumē*;  
& Deindè Diōgenis illusione, de  
gallinā deplumatā in scholam e-  
jus

jus projectâ, motum hoc modo emendasse: *Homo est animal naturâ implume*, quæ non minus ridicula, quam priores, idèò eas nominasse sit refutasse; cum non specialem addant differentiam, sed quædam superflua & communia accidentia contineant. Nos verò, unanimi saniorum Philosophorum consensu, adprobatam adducimus definitionem: *Homo est Animal rationale*, quam non solum genus legitimum & proximum, sed etiam differentia specifica insigniter commendant. Illud est *animal*, quia essentiale & latius. Hæc *rationalis*, à formâ ejus specifica, animâ rationali, deponita. Hanc itaq; definitionem, ut exquisitam & perfectam, atq; apud omnes fere velut extra controversiam positam, consul-  
 tò

tò sine ulteriore expositione o-  
mittimus, ad divisionem homi-  
nis nosmet conferentes. Missis  
hic *opinionibus* horum, qui tres  
statuunt *partes hominis*, *corpus*,  
*spiritum*, & *animam*, inter quos  
Comenius, ubi dicit: *Corpus est*  
*organon & habitaculum spiritus*,  
*spiritus vero habitaculum & er-*  
*ganon animæ*. Ubi Entia præ-  
ter necessitatem multiplicari sic  
non oportet; neq; spiritus se-  
jungendi sunt à corpore, cuius  
sunt *partes subtilissimæ, & temu-*  
*issimæ*: Duas facimus *partes ho-*  
*moris corpus organicū & animam*  
*ratiōnālem*; habemus namq; scri-  
pturam sacram nobis in hac re  
præeuntem, quæ dum memo-  
rat creationem hominis, expre-  
sam duarum partium facit men-  
tionem, originem utriusq; distin-  
ctè exponens Gen. 2: v. 7. Fin-

xit Jebovâ D̄Eus hominem de  
 pulvere terræ, sufflavitq; in na-  
 res ipsius halitum vitæ. Ubi  
 jam clarè audimus, DEum Opti-  
 mum Maximum, virtute omni-  
 potenti corpus formasse ex gle-  
 ba terre, animam verò, corpo-  
 reæ molis expertem, inspirando  
 creasse. Et alibi testatur sacer-  
 codex, reverti pulverem in ter-  
 ram unde desumtus est, & spi-  
 ritum redire ad DEum qui deder-  
 rat ipsum. Evam verò exstru-  
 xit Jehova, ex costâ Adami,  
 viva & animata. Et post hanc  
 extraordinariam hominis origi-  
 nem, homines non quoad cor-  
 pus solum, sed etiam quoad a-  
 nimam, ordinari ab homini-  
 bus, vi primævæ benedictionis  
 divinæ, generantur, Gen. i. v.  
 28. Fætificate ac augescite & im-  
 plete terram. Probat quoq; ex-

*perientia*, hominem non habere partem aliquam essentialiem, *præter animam rationalem & corpus organicum*; quia soluto per mortem vinculo animæ & corporis, *anima*, generosa & spiritualis illa res, *nō suum occupavit*, *corpus vero immobile jacet*. Itaq; nos vestigia Excellentissimi Sperlingii, quem maximè sumus secuti, prementes, duas hancce partes describemus. *Anima humana est forma hominis, qua est, intelligit & vult*. Hic obser-vandum, animam in definitio-ne hac accipi, non absolute, sub conceptu spiritus quidditativo; sed respective, & in ordine ad corpus humanum quod infor-mat. *Corpus vero humanum est materia hominis, eleganter & artificiose, ad varias operationes*

*edendas constructa.* Cum autem  
noſtri non erat propositi, ul-  
tius de hiſce partibus ſpeciatim  
diſquirere; Idcirco earum fal-  
tim definitiones hic indigitaffe  
ſufficiat. Sic diſcurſui huic bre-  
vi de Mīkegnōſua supremam im-  
ponimus manum, voventes ut  
bonos non offendat, ne-  
que incendat malos!

Sit ſempor

**Soli Deo Gloria!**

